

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

4. De suspensionibus ipso iure latis aduersus clericos ob peccata
communia laicis.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Disputatio IV.

pmm.159. Suar. dis. 31. sect. 1. num. 1. Filiucius, tract. 17. cap. 6.
num.106.

Plura in d.Clement. statuuntur de vestibus, quæ vnu abrogata sunt, teste Suar. *supræ*. Quare ea tantum credo vim habere, que Clericum ignorum reddenter & secularem esse omnibus indicant. Adeo Sextum V. in Bulla quæ incipit: *Cum sacerdotiis sanctis, statuisse Clericos etiam minorum Ordinum, & coniugatos praefertim si vni velint privilegii clericalibus, ut vestes talares defantur, alioquin priuatum omni officio, & beneficio, & pensionibus, sub quibus pœnis statuit, ut milites regulares beneficia, seu pensiones habentes, habitum ipsorum proprium defantur.*

Decimateria suspensio sumitur ex Clement. de Magistris.
Nam ibi Cancellarius Vniuersitatis gradum Doctoris, vel Magistri conferens in qualibet scientia, non exacto pruis iuramento à Doctorando, vel Magistrando, quod in ea solemnitate non infumat ultra tria milia Tironenium argenteorum suspenditur a collatione Magisterij, seu Doctoratus cuiuslibet per sex menses. Hæc igitur pena non est propria suspensiō, cum non sit ab officio, vel beneficio, vel officio Ecclesiastico, sed à quadam temporali munere, neque illam violans irregularitatem incurrit, quæ solum ob violationem suspensiōnem ab officio Ordinis indicata est: ut aduentus Glossa in verbo sequentes. Suspendit hæc constitutio à collatione Magisterij, seu Doctoratus non illius Scientia, tanquam cuius gradus recessus est, sed cuiuslibet alterius, ut explicat Glossa ibi verbo eiuslibet, & Cardinalis verbo si quis numero 1. Bonac. disput. 3. qu. 5. punc. 5. numero 5. tametsi contrarium sentiat A. chidicon. ibi. & Suar. disput. 31. sect. 3. numero 4. & alijs.

Personæ quas afficit hæc suspensiō sunt omnes & singulæ etiam Pontificali dignitate praefulgentes, quibus gradum Magisterij, vel Doctoratus conferre competit.

Materia huius censuræ est omissione exigendi iuramentum à Doctorando, vel Magistrando, quod in sumptibus illius honoris recipiendo non excedet summiā trium millium Tironenium argenteorum, hoc est ut placet Glossa, verbo argenteum, ne excedat quingentas libras Bononeum parvorum, vel ut placet Couartuum. tract. de veterum numis. collat. 6. §. 2. n. 7. Suar. dis. 31. sect. 3. num. 4. ne excedat ducentos numeros aureos.

Ad Extremum aduento hanc constitutionem pluribus in Vniuersitatibus receperam non esse, vt viu compobat & notauit Suarez. Bonac. & alijs Doctores passim.

Det inquit lata lata est suspensiō in Extr. vñica, inter communes, & excessib. prelator. vbi postulantes ad Cathedram Ecclesiam eum qui 27 annum nondum attingit, vel postulantes religiosos Mendicantes ad inferiores Ecclesiæ Cathedrales ea vice potestate postulandi, & eligendi priuatum, & à beneficiis, si quæ in illa Ecclesiæ obtinent, per triennium suspenduntur. Quæ suspensiō apta est, nec explicatiōne indiger.

15 Decimoquinto fertur suspensiō, & interdictum ab Eugenio IV. Extr. diuin. 3. de priuilegiis, aduersus Ordinarios quoscumque, coram commissariis, & delegatis, qui in Romana curia pro suis negotiis commorantes, beneficiis priuant, aliquæ conferunt, quoniam collatarii eisdem pœnis subiunguntur, & tam collatio, quam receptio irrita est, & nulla. Hæc igitur suspensiō, & interdictum cum absolute fetaur, omnes suspensiōnem, & interdicti effectus comprehendit, quia nulla est ratio, ob quam potius ad hos, quam ad illos extenduntur. Atio vero ob quam incurritur, ut latius explicu cum de excommunicationibus referuntur in Extravagantibus locutus fu. est priuato alievis beneficii curiali, facta iusto titulo curiam Romanam confluenti, & beneficiis operibus fauienti: nam si illegitimè absit à beneficio, vel illius obligacionibus non faciat, poterit Ordinarius usque ad priuatum beneficium procedere, quia in his quæ ad beneficia spectant, subiunguntur curiales Ordinariis locorum, in quibus beneficia obtinent, ut constat ex Conc. Trident. sess. 2. 3. cap. 1. et ceteris finem & sess. 2. 3. 4. 5. sub fine. Et notauit alijs relatis Bonac. 8. de censur. dis. 3. 9. 4. pan. 12.

16 Decimasexta sumitur ex bullâ Pii V. quæ incipit: *Quanta Ecclesia Dei, edita Kalend. Aprilis anno 1568. aduersus Episcopos, aliisque Praelatos, & Ecclesiastum Capitulo, facultatem habentes admittendi resignations beneficiorum, si eas admittant contra formam iudicem præscriptam, de qua diximus tum in tract. de benef. tum de simonia, tum cum excommunicatioe referentes expliciuntur, seriuque su' penitio ab officio conferendi, in fluendi, confirmandi, & præsentandi ad beneficia. Quod si suspensiō durante prædictum munus exercuerint, excommunicatione reseverata innondantur.*

Punct. X. §. IV.

161

S. I V.

De suspensionibus ipso lute lati aduersus Clericos ob peccata communia laicis.

- 1 Prima suspensiō est aduersus recipientem aliquem in Religionem simoniæ, vel Ordinibus iniuriantem.
- 2 Secunda est aduersus eos, qui sponte iuramentum emitunt de tenendo schismate.
- 3 Tertia aduersus eos que defendunt, aut aliquo modo tractaverint Beatisimam Virginem in peccato originali concepiam fuisse.
- 4 Quartaria refertur aduersus infamatum de criminis adulterij, perury, & falsi testimonij.
- 5 Quinta aduersus Clericum publicum concubinarium, seu fornicarium.
- 6 Sexta aduersus sodomitam sine occultum sine publicum.
- 7 Septima refertur quæ est aduersus raptore mulierum.

Prima sumitur ex Extr. 1. & 2. de simonia, vbi capitula, & Conuenientis recipientes simoniæ aliquem in Regionem, manent suspensi ab officio capitulari quoad administrationem, & iurisdictionem Ecclesiasticam. Deinde ordinantes aliquem simoniæ, suspenduntur à collatione quorumcumque Ordinum & prima tonsuræ, & ab execuzione omnium manerum Pontificalium, ut habetur in Bulla Sexti V. contra malè promotores quæ incipit: *Sanctum, & salutare quam Bullam in hac parte Clemens V III. confirmauit. Quod si hanc suspensionem Episcopus violauerit, suspenditur à regimine, & administratione Ecclesiæ, & perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum; ordinatus vero suspenditur ab executione Ordinis sic suscepit, & aliorum rite suscepitorum, iuxta valde probabilem sententiam ex Extr. 2. de simonia. Ob simoniæ autem commissiam in beneficiis conferendis, & recipientis non incurritur vlla suspensiō ipso iure, sicut ex probabiliori sententia docet Naur. cap. 2. 5. numero 11. ver. 3. Suar. lib. 4. de simonia, cap. 5. 6. numero 16, & de censuris, 3. sect. 4. num. 42. Valent. 1. 4. dis. 6. qu. 16. pan. 6. Gartic. de beneficiis, cap. 1. numero 70. Aula, 3. pars. disputat. 3. dub. 9. conclus. 5. Bonacina tom. 3. de censuris, disputat. 3. qu. 7. punc. 5. Vide quæ dixi 2. part. huius operis, tract. 17. dis. u. vitim. in fine, vbi de pœnis simoniaco rum.*

Secunda habetur in c. 1. de schismatibus, aduersus eos qui sponte iuramentum emitunt de tenendo schismate; & hi suspenduntur ab Ordinibus, & dignitatibus. Requiritur autem præstari iuramentum ablique timore, vel ignorantia, quia Texus virius verbo sponte, quod plenam libertatem denotat, leg. si quis maior. Cod. de transactiōnib. Et tradit ex communi Bonacina tom. 3. de censuris, disput. 3. qu. 6. p. 12.

Tertia sumitur ex bullâ Sixti V. Pii V. Pauli V. & maximi Vrbani V III. flatuentum ne in publicis, vel priuatis sermonibus defendatur, aut aliquo modo tractetur Beatissimam virginem in peccato originali concepiam fuisse, a quo in diligentiis ultra pœnam excommunicationis, suspenduntur à diuini si est in sacris, & priuatur ipso iure omni gradu, & dignitate, & ad similem redditum inhabilis, quorum dispensatio Pontifici reservatur.

Quartam colligunt aliqui Doctores ex capit. fin. de temporib. ordinat. vbi de criminis adulterij, perury, falsi testimoniij infamatus non repellitur à ministerio suscepitorum Ordinum, neque à susceptione aliorum penitentia peracta, nisi forte talia crimina notoria fuerint. Ergo casu quo prædicta crimina fuerint manifesta, supponit texus prædictum delinquentem à susceptione Ordinum, illorumque exercitio esse repulsum. Sed rectius contrarium docuerunt Couartuum, in Clement. si furiosi, de homicidio i. p. §. 1. num. 5. Henric. lib. 13. cap. 36. Tolet. lib. 1. cap. 47. Filiucius tract. 17. c. 7. num. 12. Suarez dis. 31. sect. 4. num. 2. Aula de censuris, 3. p. disputat. 5. div. 1. Bonac. 3. de censur. disputat. 3. qu. 7. punc. 5. quia suspensiō inducenda non est ablique manifesto Texu: at ex predicto cap. fin. ad summum colligitur stante notoriitate delicti esse delinquentem repellendum, non autem esse ipso iure repulsum. Nullus autem ex Texus his peccatis suspensiō inducit. Quinimodo Conc. Trident. sess. 2. 2. decreto de obseruandis in celebrat. miss. solem statuit peccatores publicos si Clerici sint, non esse permitendos altari ministaret, si vero sint laici sacræ interesse, quod potius denotat suspensiō fereandam, quam latram.

Quinta fertur secundum plurium Doctorum sententiam, aduersus Clericum publicum concubinarium, seu fornicarium in capite nullius. Cap. præter 32. dis. Cap. si qui sunt. & capite ministri 81. dis. Sed præcipue capite quæstum ultimum, de cohabitatione, clericor. & mulier. vbi dicitur Clericum concubinarium esse suspensum quoad se, non quoad alios, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu per confessionem factam in iudicio, aut per cuius dentiam.

dentiam rei que tergiuersatio celestis non possit. Ergo quando delictum incurrit aliquo ex his modis, suspensio contrahitur, cuius effectus est excludere ab officio & beneficio, & multis relatis comprobatur Nicol. Garcia 7.p. de benef. cap. 14. num. 15. Et tamen inter Doctores discimus: nam S. Antonius. 3.p. iii. 27. c. 3. Sylvestrus. verbo concubinarius. §. 4. Nauar. c. 2. s. n. m. 7. afferunt quenlibet Clericum etiam minoribus Ordinibus iniciatum, hanc suspensiōnem incurtere. At Coarctari. Clement. sifuriosus. 2.p. §. 1. num. 5. de homicidio. Ludovicus. Lopez. 2.p. instrutor. C. & 3. p. 1. Rodriguez. sum. 1. cap. 202. numero 3. Valent. 7.4. disputat. 7.9. 18. p. 1. circa fratrem. censent foliam Clericum in sacris constitutum, hanc suspensiōnem lib. lici.

Verum esto iure antiquo lata esset suspensio aduersus concubinarius Clericorum; quod difficultate non caret; et si species iure novo Concilio Tridentino, sess. 25., capit. 14. de reformatio nulla est suspensio ipsi ure lata, præter tam quæ aduersus Episcopum concubinatum à Concilio provinciali monitum, in dictis. Quod manifeste probant ex dicto decreto Concilio Tridentino, ubi cauerit ne Clerici quicunque sint concubinas, aut alias mulieres de quibus possint haberi fulpicio in domo vel extra deciverint, aut cum sis vi illam confutata habeat, aut leant, alioquin penitus a faciis cationibus, vel statuis Ecclesiasticis impositis puniantur. Expende verbum puniantur quod futuri est temporis, & actionem Iudicis denotat. Quod si post monitionem que specialis, & nominativi facienda est, ut declarantur sacra Cardinalium congregatio, telle Barborum in dicto loco Concilii in criminis persecutoriæ, terciam partem fructuum, obuentium ac pœnitentiarum omnium suorum beneficiorum, ac pensionum ipsi facto puniantur. Si vero non paruerint secundum monitionem omnibus fructibus suorum beneficiorum, & pensionum, ac tandem ab illorum administratione suspendendi sunt. Denique si post hanc monitionem pernaces extiterint beneficiis perpetuo spoliari, & ad alia beneficia indigni reddi debent. De clericis vero non habentibus beneficia, neque pensiones statuitur, ut iuxta delicti qualitatem peccata carceris, suspensiois ad Ordine, & inhabilitatis ad beneficia obtinenda, atque modis ab Episcopo panitenduntur. Infestur ergo iure clericos Episcopo inferiores suspensi non habentes. Sicut docuit Soto in dict. 1. q. 5. art. 6. ad 1. Gutiérrez lib. 1. canon. qq. capit. 1. num. 4.5. Henr. lib. 1. cap. 36. Garcia 7.9. de benef. cap. 14. numero 3. Soar. dis. 3. capit. 4. num. 10. Atilia de censor. 3. p. 14. lib. 2. capit. 1. Fililiacus tract. 17. c. num. 12. Bonac. dis. 1. de censor. In partit. q. 7. p. 4. Alioquin Riecius in collect. decret. 4. coll. tit. 8. p. 7. Episcopo vero si ab hismodi crimine non abstinuerint, & à Concilio provinciali admoniti non se emendaverint, ipsi ure suspenduntur, & cum sit absolute suspensio, intelligi debet ab officio, & beneficio.

Sexta. Sodomitam sue occultum, sine publicum suspensum est ab officio & beneficio afflant graues Doctoris. Costrauit in Clement. Epistola sua, l. p. §. i. num. 6. Salcedo in tract. cap. 86. Iulius Clarus brach. criminis. S. sodomit. viri item clericis. Azor. 3 p. init. moralibus l. 3. cap. 19. Maiol. de irregularibus. lib. 5. cap. 33. Lamberti. de vita parvorum. l. p. lib. 12. 7. 9. art. 18. num. 4. Et alij. Dicuntur praecepit ex Balla Pj. que in Bullanio est 70 in ordine, vbi Clericos tam dirum nefas exercentes omni priori glorio clericali, dignitate, & beneficio Ecclesiastico praesentis canonis autoritatea prouat, ita ut per iudicem Ecclesiasticum d. gradati statim curia seculari tradantur. Deinde hoc crimen infamiam inducit, at infames a beneficiis, executioneque suorum ordinum suspendantur. c. infamis. 3. q. 7. Ergo.

Nihonionis verius existimò nullam suspensionem ipso iuri predicto criminis sue publico, sive occulto annexam esse, que est sententia a Nauart in sum. cap. 27, num. 249. Vgolini de irregulari. cap. 43, s. num. 4. Graffis, lib. 1. cap. 90 numero 1. Henr. lib. 13, cap. 6. & lib. 14, cap. 5, num. 1. Valen. 4. t. dispu. 7. q. 19. p. 3. vers. de quinta species irregularitatis. Tolletio. 1. cap. 74. num. 1. Sar. Hispan. 31, sec. 4. numero 19. Aula 3. p. de censoribus dispu. 1. lib. 3, & 7. p. dispuat. 4. das 7. Bonacina tom. 3. de censoribus dispu. 3. ques. 7. p. 2. Filiuc. tractat. 17. cap. 7. numero 127. & alterum apud ipsos. Móuer, quia nullus est Textus ex quo hoc capitulo colligi possit. Quinimo ex cap. Gloriet. lib. exceptio. Prelator. colligunt non esse ipso iure priuatus, sed prauatos, & depouatos. Neque est verum infamia sicut ipso iure la penitus, sed potius durante infamia irregulares sunt, & impedit ab ordine nun executione, non ob suspensionem, sed ob irregularitatem infamie annexam. Plus verò denudans Clericos sodomitias prilegio clericali, dignitatis, aquisque beneficis Ecclesiasticis non suspenso, neque irregularitatem inducit, sed iurius priuationem, idèoque sententia a salem declaratoria criminis necessaria est. Aula graues Doctores, Henr. lib. 1. c. 5. s. 1. Aula 7. p. dispu. 4. art. 7. Prosper de Augustino in adit. ad famam beatiss. Quaranti, verbo sodomia, lim. 5. AZOR. 2. p. lib. 7. c. 18. ad finem existimat hanc constitutionem vix receperam non esse.

Sed quidquid sit de haec sententia cuius veritas et factus
pendet, illud est certum propter placita penas a Pio V. in sua con-
stitutione latas, non habere locum in perpetuibus hoc crimi-
nem semel aut iterum. Sed in illud per viam, & continuo exis-
tentibus. Titi Naufrag. cap. 27. num. 249. testatur sibi Gregor.
XII. I. respondit, & pluribus relatis comprobat Garcia I.,
p. de beneficiis. cap. 10 §. 2. num. 198. Neque his obstat quod Plus V.
in alia constitutione anteriori, que est eius 5. in trijue Bal-
laricj. p. Clericorum fodiomitan curia secularium tradendum pre-
cipiens, non est vias verbo exercentes, sed perpetuas, quod
criminis reparationem non exigit. Non inquinat obstat, quod
est ad contrahendam penam impositam in prima constitu-
tione Pij V. non exigatur hucus criminis reparatione: ad con-
trahendas penas appositas in constitutione 70. necessarium
est, ut alius relatis aduerterit Garcia dico cap. 10. §. 2. num. 100.
Præterquam quod prima constitutio centri potest declinari
per secundam constitutionem, atque adeo verbi perpetua
reparationes, intelligendum esse de perpetuacione continua, & reparatione
scicti verbum exercentes. Ut docuit Man. Rodrig. in fin. 1.
cap. 208. num. 2. Petri de Ledesma. z p. sum. tract. 27. cap. 15.
concl. 1. difficult. 1.

Septima. Raptore mulierum esse ipso iure suspensos ab officio testatur Bernard. Diaz. in praet. cap. 7. Alterius. 1. disput. 1. 3. cap. 6. ad finem. eo quod in Conc. Trident. fols. 1. 2. cap. 6. de reformar. dictum fit. Raptor ipse, ac omnes illi ipsorum auxilium, vel favorem praeberentes, sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omninoque dignitatem impensis. Et Clerici sunt, de proprio gradu decimatis. Qui de Clericis ipsi iure videatur inductos, nam particula ipso tare in principio polita, non solum ad peccata laicis iniunctas, sed etiam ad peccata Clericis appositorum referti videatur. Sed probabilius est partiam ipso tare ad solam excommunicationem, infamiam, & incapacitatem dignitatum referendam esse, non autem ad defecum, seu depositum a proprio gradu Clericis appositorum, quia haec depositio quasi in clausulis distincta apponitur nec in qua depositio ipso iure incurrit, absque lenitatem declaratoria criminis. Praterquam quod Concilium tenet intendit penitentiam latram in capitulo. cap. de pueris. 76. q. 2. vbi depositio non ipso iure fertur, sed secunda inducitur. Atque inde docent Suar. disp. 31. fol. 4. nou. 4. 8. Finian. trah. 17. 7. 7. 1. 1. Bonac. 3. de can. fur. 1. fol. 2. 9. 7. 2. 3.

S. V.

De suspensionibus specialiter impositis Episcopis,
& Capitulis Ecclesiastum.

- 1 Ob proutam Ordinis collationem multipliciter Episcopi subveniunt.
 - 2 Item ob traum usum emuneris Pontificalis.
 - 3 Item suspenduntur Episcopi, si se inserviant in electionibus Episcoporum, in quibus ad Sedem Apostolicam impallium est.
 - 4 Item aduersus quatenus Prelatos qui bona immobilia, & iura suarum Ecclesiasticarum lucis non ad modum tempus habent, ab eis confusa Capituli, & specialiter curia Sedis Apostolica.
 - 5 Deinde aduersus Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos qui domos suas locare alienigenae usurpari.
 - 6 Item aduersus Episcopos qui ex otio, vel amore contra institutionem & conscientiam propria, in criminis heresi proculi, vel procelere omittunt.
 - 7 Deinde aduersus Prelatos Ecclesie, procurantes ne Clerici & piantri a potestate clerulari ea intentione, ut beneficiis habita regnent, aut clericis a iure, vel ab homine in Romanam curiam non possint ire.
 - 8 Item aduersus Prelatos confirmationem recipiente a Sede Apostolica, si abstine eiusdem Sedis litteris authoritatis administrationem suarum Ecclesiasticarum subcepserint.
 - 9 Item aduersus non seruantes quia in Extratrag. sacerdotali regimini sub tte. Ne Sede vacante, preferuntur, circa perceptionem fructuum primi, & secundarii anni.
 - 10 Item aduersus Episcopum concubinatum, & a synodo provinciali monitum.
 - 11 Item aduersus Episcopum relaxantem incendiis perniciem convenientem in cap. pellitiam. 2. c. q. 8.
 - 12 Item aduersus Episcopum necessarium correctionem amitterem concurra summissio in Sacra missa, vel Ordinationibus.
 - 13 Item aduersus Episcopum qui ob quaestum, seu pecuniam aezepriis publicar, vel concedit indulgentias, seu facultatem a casibus referentes absoluendi.
 - 14 Item aduersus eos qui libros impij, Thalmud non conburentur.
 - 15 Item aduersus Episcopos qui ad liminea Apostolorum non acedunt levator, & praefuderis.